



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Ioannis Ivsti Lanspergii Carthviani, Natione Bavari,  
Opvscvla Spiritvalia**

ab ipso Autore partim Latinè, partim Germanicè euulgata

Orationibvs Variis, Et Ignitis aspirationum iaculis ad Deum, Deiparam  
Virginem Mariam, cæterosq[ue] Sanctos - exercitijs item diuersis, tum  
maximè Paßionis Dominicæ, eiusq[ue] matris, refertißimus

**Landsberg, Johannes Justus**

**Coloniae Agrippinae, 1630**

Actio gratiarum pro Iesu miserabili, nuda, lamentabiliq[ue] sessione in  
vento super frigidum lapidem, & exprobrationibus iniurijsq[ue] illi illatis: &  
violentissima dolorosissimaq[ue] super crucem ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45928](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-45928)

*Actio gratiarum pro Iesu miserabili, nuda, lamentabilis, sessione in vento super frigidum lapidem, & exprobationibus iniuriasq; illi illatis: & violentissima dolorosissimaq; super crucem protrusione & lapsu.*

## CAP VT IX.

**I**nnocentissime Iesu, agne mitissime, memento queso quam graui intus dolore cor tuum pudicissimum praemebatur, cum ingentem illam nudationis tuę confusione & ignominiam ferre cogeretur, quando scilicet ante oculos crudelium hostium tuorum totius populi & in aspectu castissimæ matris tuę, aliarumq; sanctorum mulierum totus vnde sauciatus & concisus, doloribus prepletus, nudus sedebas super quandam frigidam petram aut rupem, conspiciens non haec multo gemitu & horrore, quomodo tibi crucis patibulum atque durum illud mortis tuę stratum appararent. Interim corpus tuum tenerrimum, tam misera lacerum & quasi excoriatum vento & frigori expositum fuit atque per frigore obriguit & tremebat, vnde & maximus tibi vnde sae dolor accreuit.

Quis etiam mente comprehendere sufficeret pie Iesu, quales interea iniurias, irrisiones, blasphemias & opprobria tibi irrogant, & sustinueris? Recordare etiam mitissime agne Christe Iesu, quomodo caput tuum benedictum, & etiam Angelicus potestatis tremendum in illa sessione tua, à crudelissimis illis nebulonibus afflictum, excruciatum fuerit, & quasi reiterato coronatum, dum ob vestium tuarum integratem, cogerentur ante tui denudationem coronam spineam tibi extrahere, quam dum denuo tibi imprimant crudeliter, & noua vulnera infligunt, adeò ut etiam ex cunctis illis vulneribus vberitatem per faciem & collum præciosus sanguis tuus in terram proflueret. Deinde inhumanissimi illi carnifices, sine villa miseratione, nog secus atque farcti leones furiosè te arripientes, super crucem rigidam recrorum imitissimè prostrauerunt. Quis bone Iesu hic dolores tuos de tam violento & præcipiti casu comprehendere queat?

*Pro prostratione à peccatis, erroribus ac desperatione in morte, Precatio IX.*

**P**er huiuscmodi autem prostrationem & casum, deprecor te clementissime Iesu, vt me ab ista hora vsque in æternum misericordia & gratia tua præserues, ne vñquam in aliquod corruam peccatum, propter quod priuandus essem melliflua desiderantissimi virtus tui præsentia & contemplatione: nec finas me in vita, vel in morte, in aliquem incidere errorem, seu mentis alienationem, aut desperationis laqueum, sed in umbra alarum tuarum, in benignissima protectione tua, me semper in vinculis charitatis, inter misericordiae & virtutis tuę brachia constringas, foueas &c inseparabiliter contineas, Amen.

*Actio gratiarum pro Iesu manuum pedumq; penitissima super crux expansione & perforatione, omniumq; membrorum & compagnum eius dislocatione & dissolutione.*

## CAP VT X.

**V**x mea serenissima, exultatio ineffabilis amatorum tuorum Christe Iesu amabilissime, vtinam des mihi ardenti cum devotione hodie & semper memorem esse illius charitatis expansionis membrorum tuorum, quam dignanter, tamq; miserabiliter super lignum crucis jacens sanctis pedibus promptissime a spontane extensis, brachia tua super cornua crucis in amoris amplexus exten-

